



propter hanc in altū regredere: dn̄s iudicat populos. Iudica me domine secundum iusticiam meā: et secundū innocētiam meam super me. Consumetur nequicia peccatorum et diriges iustū: scrutans corda ⁊ renes deus. Iustum adiutorium meū a domino: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis et patiens: nunquid irascitur per singulos dies. Nisi cōuersi fueritis gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit et parauit illū. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniusticiam concepit dolorem: ⁊ peperit iniquitatem. Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor domino secundum iusticiam eius: et psallam nomini domini altissimi. Requiem. aña. Nequando rapiat vt leo animam meam: dū nō est qui redimat neqȝ qui saluum faciat. ℣sus. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Pater noster Et ne nos.

¶ Lectio prima.

Parce michi domine: nichil enim sunt dies mei. Quid est homo qȝ magni-







Vostre Paris 1502-20



Turbatus est a furore oculus meus: inue-
teraui inter omnes inimicos meos. Discedi
te a me omnes qui operamini iniquitatem:
quoniam exaudiuit dominus vocem fletus
mei. Exaudiuit dominus deprecationem
meā: dominus orationē meā suscepit. Eru-
bescant et conturbentur vehemēter omnes
inimici mei: conuertantur et erubescant val
de velociter. Requiem. ān. Cōuertere dñe
et eripe animam meam saluum me fac pro-
pter miam tuam quoniā non est in morte q̄
memor sit tui. añ. Nequando. Ps.



Domine deus meus in te speraui sal-
uum me fac: ex oībus persequētibus
me et libera me. Nequando rapiat vt leo
animā meā: dū non est qui redimat neqꝫ qui
saluū faciat. Dñe de⁹ me⁹ si feci istud: si est
iniquitas in manib⁹ meis. Si reddidi retri
buentibus michi mala: decidā merito ab ini
micis meis inanis. Persequatur inimicus
animā meam et comprehendat ⁊ conculcet
in terra vitam meam: et gloriam meam in
puluerem deducat. Exurge dñe in ira tua ⁊
exaltare in finibus inimicorū meorꝫ. Et ex
urge dñe deus meus in precepto quod mādā
sti: et synagoga populorꝫ circūdabit te. Et



